REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 79v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

iam patior. sed post hanc ne grauiora patiar pertimesco. Sententiam
licet iam tolero inpęna. tormenta tam̃ gehennę formido ex culpa. Iam
presens pęna me laniat. sed futura magis conturbat. Grauia sunt quę
sustineo. grauiora inperpetuum timeo. De presentib; quidē pęnis doleo.
sed defuturis amplius ingemisco. Succurre mihi ds̄ mis̄. ante quam morior.
ante quam mors me preueniat. ante quam me tartara rapiant.
ante quam me flamma conburat. ante quam me tenebrę inuoluant. Sub-
ueni mihi ds̄ prius quam ad tormenta properem. prius quam gehennę ignib;
deuorer. prius quam sine termino crucier. Reus enī timore iudicii tui
terreor. pauore peccati. iram tuam formido. in manitate sceleris
ad examen tuum. trepidus conscientię metuo. Si enī iustus uix sal
uabitur. ego impius ubi ero. Quid faciam dum uenerit tremendi formido
iudicii. Cum examen iudicii uenerit. quid respondeam. Quid ergo
dicturus sum. cum ante tribunal xp̄i fuero presentatus. Ve illum die
quando peccaui. ue die illum. quando transgressus sum. ue diem illum
quando malum expertus sum. Vtinam non inluxisset mihi. utinam non
fuisset super me. O dies detestanda. odies abominanda. odies penitus
nec dicenda. Quę me in hunc mundum protulit. quę mihi claustra par-
tus aperuit. Quę ortus mei ostia reseruauit. Dies illa a luce in tenebras
permutetur. profunda illam caligo confundat. eterna illam cecitas ob-
ruat. Amittat tēporis statum. omni memoria extingat. nullis digna
seculis memoretur. Melius mihi fuerat non esse ortum. melius non fuisse
genitum. melius non fuisse in hoc sęto procreatum. quam eternos ppeti
cruciatus. Flete me cęli et terra. lugete me omnis creaturę. Plorate me
omnia elementa. ingemiscite sup me uniuersum genus. et quo potestis uiri
sensu super me lamentum effundite. Peccaui enī crudeliter. lapsus sum
fortiter. cecidi grauiter. corrui miserabiliter. Nullum inuenitur pec
catum cuius sordib; non sim coinquinatus. nullus est morbus uitiorum
a quo non contraxi contagium. Nulla sordium semina extitit. quę
in me miserum non confluxit. Probrosus. sceleratus. flagitius cunctis obru-
tus. Innumerabiliter frequentaui impudicitiam fęditatis. vt bene uiue
rem. ultro promisi. qd̄ pollicitus sum numquam seruaui. Semp ad pecca
tum redii. sęp delicta mea iteraui. priorib; scelerib; semp deteriora con-